

Annunciatio domini. 4.

Secundo de die dicendum, q̄ ex omnibus diebus pro conceptione elegit diem sextum i. feriam sextam, quia illa die Adam fuit creatus, & eodem die peccās de paradiso exclusus, ergo eodem die Christus nos redemit.

Tertio de hora dicitur deuotus, q̄ angelus apparuit & salutauit uirginem in sero quando est diei plenitudo: Iuxta q̄ Gal. 3. At ubi uenit plenitudo temporis misit Deus filium &c. Ideoq; in sero ecclesia signū facit pulsando ad Aue maria, & hoc uidetur sensibile etiam sanctus Pona. ut in eius legenda insinuat: Sed & dicitur q̄ durante sancto dialogo inter angelum, & beatam uirginem vsq; ad hora noctis media, ac tunc dicente uirgine: Fecit ancilla domini fiat &c. Christus incarnatus est: Sapient. 18. Dum med. am silentium te nercut omnia, & nox in suo cursu &c. Nā secundum Fran. mar. haec est hora chari-

BONA.

Pf. 119.

tatis diuinæ electa pro Dei laude. Psalm. Media nocte surge ad confitabi &c. Et p̄ eyitu filiorum israel de egipto. Item pro natiuitate Christi, & pro captiuitate Christi in horto ex charitate propter nos, ergo &c. Addunt quoque deuoti, q̄ angelus non statim postquam beatam uirgo concepit Christum, discessit ab ea, sed per m̄a sit usq; ad auroram, sancto dialogo consolando uirginem de diuinis plurima, & ecclesiasticis enarrando: Et uerisimile est q̄ tanto tempore. s. totius noctis illius conferebant tam prolixo colloquio sicut cogitabat de salutatione, & de mysterijs magnis, quæ angelus uirgini dixerat, ad quæ explananda uix sufficeret tota dies, licet euangelista breuiter scripserit, ut uerbi gratia, de mysterijs diuina trinitatis & personarum, ac solius filij incarnatione, de quibus locutus fuit expresse angelus di. Ecce concipies & paries filium &c. hic erit magnus, & filius altissimi. s. Dei patris uocabitur, & de spiritu sancto subdes Spiritu sanctus superuen: et in te &c. de quib. nou potest creatura etiam angelica sufficere: ut efficitur ut dicit Ambro. Item de angelicis ordinibus, & de quo ipse missus esset cōsari, & de mysterijs in salutatione ipsa imphicite contentis ac huiusmodi. Tandem finito sancto dialogo in aurora angelus conceptum iam adorans Christum, & ma-

**CREATURA
ANGELICA
NOU POTEST
SUFFICERE
CŌSARI
DE MYSTERIIS
IMPHICITE
CONTENTIS
AC HUIUSMODI.**

trius reuerenter ualefacto in cœli gaudens ascendit. In cuius signum solent ecclesia in aurora pulsū facere ad dicendū: Aue maria pro signo latitabunde gratiarū actionis pro filij Dei incarnatione ex charitate salutis nostræ.

QVOTO anno ætatis, uel temporis vite sue uirgo creditur Christum concepisse angelo annunciante. De hoc aliquid dixerunt, q̄ completo. 18. anno conceperit, quia tunc femine sunt perfectioris ætatis ad prolem fortiorem, uel perfectiorē gignendam, qualis debuit esse Christus, sed istud non concludit, nec habet locum in proposito, quia spiritus sanctus uirginem in proposito, quia spiritus sanctus uirginem tribuit p̄t̄ & s̄mum adiutorium, & plenam, perfectionem naturę ad concipiendum. Respondetur ergo melius, q̄ sicut pie creditur, Beatam uirgo Maria a sua uirginitate postquam completos. 12. annos habuit in septembri quo mense nata fuit computando septimo mense, uicet martio subsequente post febrebrum, tunc scilicet in martio Christum concepit, ita q̄ beatam uirgo desponsata est a Ioseph, ut putatur inchoato mēse martio, uel circa medium eiusdem mensis, & tandē die. 25. eiusdem mensis, qua cecidit s̄mum annuntiationis marię Christum concepit, uicet corrente iam tunc 13. ætatis uirginis anno, atq; postea expleto anno 13. iterum in septembri, & exinde nata. 14. annum, Christum in decembri peperit, iam. s. corrente ætatis sue. 14. anno. Hæc autē probabiliter patent præcipue rationibus tribus.

Prima ratio ex desponsationis legitimo tempore. Nam uirgines qua in templo erant, mox ut ad annos nubes perueniebant, dabantur ad desponsationem, sed secundum iura, & leges annus nubilus, uel desponsationis in masculo est, cū quis concepit iam. 14. annum, in femina autem cum iam compleuit. 12. annum & nata est. 13. annum, in quo potest puella concepere, ut patet extra de despon. in pub. cap. Puberes. in textu & in glo. Et ibidem. c. cōueniebatur et C. Quando tutores et curatores esse desinunt. l. h. Item in statutis, quibus modis tutela finitur. in principio. Unde patet p̄positum, quod beatam uirgo. 13. anno desponsata concepit.

S. 24.